198. De crimen in puella iniectum, qui in alterius mundium est. Si quis puellam aut mulierem liberam, qui in alterius mundium est fornicariam aut histrigam clamaverit et pulsatus penitens manifestaverit, per furorem dixisset, tunc praeveat sacramentum cum duodecim sacramentalis suos, quod per furorem ipso nefando crimen dixisset, nam non de certa causa cognovisset. Tunc pro ipso vanum inproperii sermonem, quod non convenerat loqui, conponat solidos viginti, et amplius non calumniatur. Nam si perseveraverit et dixerit, se posse probare, tunc per camphionem causa ipsa, id est per pugnam, ad dei iudicium decernatur. Et si provatum fuerit, illa sit culpabilis, sicut in hoc edictum legitur. Et si ille, qui crimen misit, provare non potuerit wergild ipsius mulieris secundum nationem suam conponere compellatur.

199. Si vidua in domo patris regressa fuerit. Si pater filiam suam aut frater sororem ad maritum dederit et contigerit casus, ut ille maritus moriatur, et pater aut frater mundium eius liberaverit, sicut supra constitu-

paghi al suo padrone una composizione di 20 solidi; se con una serva di un romano, paghi una composizione di 12 solidi ⁹⁴.

195. Dei crimini commessi contro una ragazza. Se qualcuno, avendo in potestà il mundio su una ragazza o una donna libera, a meno che non sia il padre o il fratello, attenta alla vita di quella ragazza o donna, oppure vuole darle un marito contro la sua volontà, o dà il suo consenso a chi vuole farle violenza, o dà [loro] un suggerimento, e ciò è provato, perda il suo mundio ed ella abbia facoltà di [scegliere] due vie: o ritornare dai parenti o commendarsi con i beni di sua proprietà, che le spettano per legge, alla corte del re, che dovrà avere in potestà il suo mundio. Se l'uomo nega tali crimini, gli sia consentito di discolarsi e, se si discolpa, di avere il suo mundio così come lo aveva.

196. Dell'accusa di adulterio. Se qualcuno, avendo il mundio su una ragazza o una donna libera, a meno che non sia il padre o il fratello, muove contro di lei l'accusa di essere stata adultera, perda il suo mundio e costei abbia facoltà, con i beni di sua proprietà, o di ritornare dai parenti o di commendarsi alla corte del re, che dovrà avere in potestà il suo mundio. Se l'uomo nega di aver pronunciato tale accusa, gli sia consentito discolarsi, se può, e avere il suo mundio così come lo aveva.

197. Del crimine nefando. Se qualcuno, avendo il mundio su una ragazza o una donna libera, la chiama strega, cioè masca, a meno che non sia il padre o il fratello, perda il suo mundio, come sopra, e costei abbia facoltà o di ritornare dai parenti o di commendarsi, con i beni di sua proprietà, alla corte del re, che dovrà avere in potestà il suo mundio. Se l'uomo nega di aver pronunciato tale accusa, gli sia consentito discolarsi e avere il suo mundio così come lo aveva, se si discolpa ⁹⁵.

198. Dell'accusa mossa contro una ragazza che è sotto il mundio di un altro. Se qualcuno chiama prostituta o strega una ragazza o una donna libera che è sotto il mundio di un altro e, accusato, si dichiara pentito e afferma di averlo detto spinto dall'ira, allora presti giuramento con dodici suoi sacramentali di aver detto quella nefanda accusa spinto dall'ira, senza avere alcuna cognizione certa. Allora per queste vane parole ingiuriose, che non doveva pronunciare, paghi una composizione di 20 solidi e non venga più accusato indebitamente. Ma se insiste e dice di poterlo provare, allora la causa sia decisa mediante un campione, cioè tramite un duello, secondo il giudizio di Dio: e se [l'accusa] viene provata, costei sia passibile di pena come si legge in quest'editto; ma se colui che ha mosso l'accusa non può provarla, sia tenuto a comporre il guidrigildo della donna secondo la sua nascita.

199. Se una vedova fa ritorno alla casa paterna. Se un padre dà in moglie la propria figlia, o un fratello la sorella, e il caso vuole che il marito muoia e il padre, o il fratello, riscatta il suo mundio, come è stabilito sopra, e

355. De campo exarato. Si quis exaraverit campum alienum seminum et suum non potuerit provare, aliud tantum fruges, quod devastavit, proprio domino reddat, et pro incautam presumptionem conponat solidos sex.

356. De prato secato aut exarato. Si quis pratum alienum segaverit aut exaraverit, et fenum reddat et pro inlecita presumptione conponat solidos sex.

357. Si quis campum alienum asto cum peculio suo delierit aut spicas manibus evellerit, conponat solidos sex.

358. Nulli sit licentia iterantibus erba negare, excepto prato intacto tempore suo aut messem. Post fenum autem aut fruges collectas tantum vindicit, cuius terra est, quantum cum clausura sua potest defendere ^a. Nam si cavallûs iter facientibus de stupla aut de ipsa pascua, ubi alia peculia pascent, movere presumpserit, in actogild ipsûs cavallûs conponat pro eo, quod ipsos de arvo campo, quod est fornaccar, movere presumpsit.

359. De sacramentis. Si qualiscumque causa inter homines liberos, et sacramentum dandum fuerit, si usque ad viginti solidos fuerit causa ipsa aut amplius, ad evangelia sancta iurit cum duodecim aïdos suos, id est sacramentales, ita, ut sex illi nominentur ab illo, qui pulsatur, et septimus sit ille, qui pulsatur, et quinque, quales voluerit, liberos, ut sint duodecim. Quod si minor fuerit causa de viginti solidis usque ad duodecim, sibi sextus iurit ad arma sacrata; tres ei nominat, qui pulsatur, et duos liberos sibi elegat, qui pulsatur, quales voluerit; et sextus sit ipse.

Et si minor fuerit causa de duodecim solidis, sibi tertius iurit ad arma; unum ei nominat et alium sibi querat et tertius sit ipse.

360. De wadia et fideiussorem. Si quis alii wadia et fideiussorem de sacramentum dederit, per omnia, quod per wadia obligavit, adimpleat. Et ille, qui pulsatur et wadia suscipit, proximioris sacramentalis, qui nascendo sunt, debeat nominare: tantum est ^b excepto illo ^c, qui gravem inimicitiam cum ipso, qui pulsatur, commissam habet, id est si ei plaga fecit, aut in mortem consensit, aut res suas alii thingavit: ipse non potest esse sacramentalis, quamvis proximus sit, eo quod inimicus aut extraneus invenitur esse.

^a Be.: [358 a]

^b Così codd. e Bl.; est manca in Be.

^c Bl.: illos: nei codd., alternativamente: illo, illos, illis, illum, illius.

355. Del campo arato a fondo ¹⁴³. Se qualcuno ara a fondo un campo seminato altrui e non può provare che è suo, restituisca al suo proprietario altrettante messi quante ne ha distrutte e paghi una composizione di 6 solidi per l'incauta pretesa.

356. Del prato falciato o arato a fondo. Se qualcuno falcia o ara a fondo un prato altrui, restituisca il fieno e paghi una composizione di 6 solidi per l'illecita pretesa.

357. Se qualcuno devasta intenzionalmente con il proprio bestiame un campo altrui, o strappa le spighe con le mani, paghi una composizione di 6 solidi.

358. A nessuno sia consentito negare l'erba a chi è in viaggio, tranne il prato al tempo in cui non è ancora falciato o le messi. Ma dopo che sono stati raccolti il fieno e le messi, colui al quale appartiene la terra riserivi per sé solo quanto può proteggere con la sua recinzione. Se invece presume di allontanare il cavallo di uno che è in viaggio dalle stoppie o dal pascolo dove sta pascolando dell'altro bestiame, paghi una composizione per quel cavallo in *actogild*, perché ha avuto la presunzione di allontanarlo da un campo arabile che ha già dato le messi (che è detto *fornaccar*).

359. Dei giuramenti ¹⁴⁴. Se [vi è] una causa qualsiasi fra uomini liberi e si deve fornire un giuramento, se la causa è di 20 solidi o più si giuri sui Santi Vangeli con dodici "aiuti", cioè sacramentali, propri, in modo tale che sei di loro siano nominati da colui che muove l'accusa e il settimo sia colui che è accusato e cinque [siano] dei liberi, quali [l'accusato] vuole, cosicché siano dodici. Se la causa è inferiore ai 20 solidi, fino a 12, giurino in sei su armi consacrate: tre se li nomini chi muove l'accusa e due liberi se li scelga colui che è accusato, quelli che vuole, e il sesto sia lui stesso. Se la causa è inferiore ai 12 solidi, giurino in tre sulle armi: questo ne nomini uno per sé, quello se ne procuri un altro e il terzo sia egli stesso [cioè l'accusato].

360. Della *wadia* ¹⁴⁵ e del fideiussore. Se qualcuno dà ad un altro una *wadia* e un fideiussore per un giuramento, adempia a tutte quelle cose cui si è obbligato con la *wadia*. Colui che muove l'accusa e riceve la *wadia* deve nominare come sacramentali quelli a lui più vicini per nascita, solamente con l'eccezione di chi abbia commesso un atto di grave inimicizia contro quello che muove l'accusa, vale a dire se gli ha provocato una ferita o ha complottato per la sua morte o ha donato ad un altro i suoi beni; costui non può fare da sacramentale, per quanto prossimo sia, perché lo si riconosce essere nemico ed estraneo.

361. Si quis alii pro quacumque causa wadia et fideiussorem de sacramento dederit, dit ei spatium usque in duodecim noctis ad ipsum sacramentum dandum; et si forsan propter aegritudinem aut alia causa supervenientem in predictum constitutum non potuerit iurare, suspendatur causa usque ad alias doudecim noctis. Et si nec tunc conpleverit et totum annum unum voluntariae dilataverit et sacramentum non dederit, tunc rem ipsam, unde agitur, amittat, et ille adquirat, qui wadia suscepit. Et contrario: si ille, qui wadia suscepit, dilataverit sacramentum audire et annum totum protraxerit, post transacti anni spatium nulla in posterum habeat facundiam de ipsam rem loquendi; sed ille, qui paratus fuit sacramentum dare, firmiter possedeat.

362. Si post sacramentum iudicatum aliquis moriatur. Si contegerit homini post datum fideiussorem de sacramentum et sacramentalis nominatus mori, et filius demiserit, posteaque ille, qui causam quaerit, pulsaverit filius dicendo: quia quicquid pater per wadia et fideiussorem obligavit, fili complere debent, tunc necesse est filius, quamvis virtutem minorem habeant a patre, aut per sacramentum negare, quod pater eorum non promisissit, aut certe, quod pater eorum spondedit, adimpleant. Et si aliquis de ipsos sacramentalis mortuus fuerit, potestatem habeat ille, qui pulsat, in locum mortui alium similem nominare de proximis legitimis aut de natibus aut de gamahalos, id est confabulatus. Et si dixerit, qui pulsat, quod sacramentum ruptum fuisset, praebat sacramentum qui negat, si ausus fuerit: quia neque patris neque ipsius sacramentus ruptus non fuisset; postea iurit, sicut supra constitutum est.

363. De sacramentum ruptum. Sacramentum tunc intellegitur ruptum, quando presentis sacrosanta evangelia aut arma sacrata ipse, qui pulsatur, cum sacramentalis suos coniunxerit et non ausaverit iurare aut ipse aut aliquis de sacramentales suos se subtraxerit: tunc intellegitur sacramentum ruptum.

364. De eo, qui prius manifestaverit et sacramentum promittit. Si pro quacumque culpa homo pulsatus fuerit ab alio et negaverit, liceat eum se eduniare secundum legem et qualitatem causae. Si autem manifestaverit se fecissit, conponat secundum quod in hoc edictum legitur. Nam nulli liceat, postquam prius manifestaverit, postea per sacramentum negare, quod non sit culpabiles, postquam ipse se culpabilem adsignat. Quia multis cognovimus in regno nostro tales pravos opposentes intentiones; haec nos moverunt presentem corrigere legem et ad meliorem statum revocare.

365. De debitum patris mortui. Si quis post mortem patris filium debitum appellaverit, quod pater debitor fuisset, et filius negaverit, ita de-

361. Se qualcuno dà ad un altro una *wadia* e un fideiussore per un giuramento, per qualsivoglia causa, gli si dia tempo fino a dodici notti per fornire tale giuramento; se per caso non può giurare entro il predetto termine per una malattia o per altro motivo che sia sopraggiunto, si tenga in sospeso la causa per altre dodici notti. Se non adempie nemmeno allora e deliberatamente ritarda per un anno intero e non fornisce il giuramento, allora perda il bene di cui si tratta e lo acquisisca colui che ha ricevuto la *wadia*. Ma, al contrario, se colui che ha ricevuto la *wadia* ritarda di ascoltare il giuramento e lo rimanda per un anno intero, dopo che è trascorso un anno non abbia più possibilità di parlare di quel bene e colui che era pronto a fornire il giuramento lo possega stabilmente.

362. Se qualcuno muore dopo che è stato stabilito un giuramento. Se accade che un uomo muore dopo aver fornito un fideiussore per un giuramento ed aver nominato i sacramentali e lascia dei figli e poi colui che intenta la causa accusa i figli dicendo che i figli devono adempiere a qualsiasi cosa il padre si sia obbligato con la *wadia* e con il fideiussore, allora bisogna che i figli, anche se sono di minor valore rispetto al padre, o neghino per giuramento che il padre abbia promesso queste cose o debbano soddisfare ciò cui loro padre si è impegnato. E se qualcuno degli stessi sacramentali muore, colui che muove l'accusa abbia facoltà di nominare al posto del morto qualcun altro di condizione simile tra i [parenti] legittimi più prossimi o tra quelli della sua stessa nascita o dai *gamahalos*, cioè dai parenti acquisiti. E se quello che muove l'accusa dice che il giuramento è stato rotto, chi lo nega, se osa, presti giuramento che non è stato rotto né il giuramento del padre né il proprio e poi giuri come stabilito sopra.

363. Del giuramento rotto. Un giuramento sia considerato rotto allorché colui che viene accusato si riunisce con i suoi sacramentali davanti ai Sacri Vangeli o alle armi consacrate e non osa giurare, oppure quando egli, o qualcuno dei sacramentali, si sottrae: allora il giuramento sia considerato rotto.

364. Di quello che prima confessa e s'impegna a giurare. Se un uomo è accusato da un altro di una qualsivoglia colpa e nega, gli sia consentito scagionarsi in conformità alla legge ed alla natura della causa; ma se confessa di averlo fatto, paghi una composizione secondo quanto si legge in questo editto. Ma a nessuno sia consentito, dopo aver precedentemente confessato, negare in seguito con un giuramento di essere colpevole, dopo che egli stesso si è indicato come colpevole. Poiché abbiamo saputo che molti nel nostro regno avanzano tali perverse pretese, ciò ci ha spinto a correggere la legge presente e a ricondurla ad uno stato migliore ¹⁴⁶.

365. Del debito del padre morto. Se qualcuno, dopo la morte del padre, chiama il figlio a rendere conto di un debito del quale era debitore il

cernimus, ut praebeat filius sacramentum secundum qualitatem pecuniae, unde pulsatur, quod pater ipsius ei debitor non fuisset; aut per pugna defendat, si poterit.

366. Si aliqua inter creditorem et debitorem atque fideiussorem surrulerit intentio, et dixerit creditor: "Quia in tale praetexto wadia suscepi", et fideiussor negaverit, non est causa fideiussori sacramentum prebere; nisi debitor singolus satisfaciat aut ad evangelia aut ad arma: "quia in tale capitulo nec wadia dedi nec fideiussore posui".

367. De waregang. Omnes waregang, qui de exteris fines in regni nostri finibus advenerint seque sub scuto potestatis nostrae subdederint, legibus nostris langobardorum vivere debeant, nisi si aliam legem ad pietatem nostram meruerint. Si filiûs legetimûs habuerint, heredes eorum existant sicut et filii langobardorum; si filiûs legetimûs non habuerint, non sit illis potestas absque iussionem regis res suas cuicumque thingare aut per quolibet titulo alienare.

368. De camfionibus. Nullus camphio praesumat, quando ad pugando contra alium vadit, herbas, quod ad maleficias pertinet, super se habere nec alias tales similes res, nisi tantum arma sua, quae convenit. Et si suspicio fuerit, quod eas occulte habeat, inquiratur ad iudicem, et si inventa super eum fuerit, evellantur et iactentur. Et post istam inquisitionem tendat manum ipse camfio in manum parentes aut conliberti sui; ante iudice satisfaciens dicat, quod nullam talem rem, quod ad maleficias pertinet, super se habeat; tunc vadat ad certamen.

369. De causas regales. Omnis vero regales causas, quae ad manum regis perteneunt, unde compositio expectatur aut culpa queritur, dupliciter secundum antiquam consuetudinem componantur; excepto mundium de liberis aut mordh aut alias, quae similes sunt, unde noningenti solidi iudicantur, quas in suum vigorem constituimus permanere. Reliquas omnis, ut praediximus, in duplum exegantur.

370. Si servus regis mordh fecerit, ita decernimus, ut componatur ipsa persona, sicut adpraetiatius fuerit, et servus ipse super fossa ipsius mortui adpendatur, ut in eum vindicta detur, et sit causa supita.

371. De alias vero causas, unde liberi et servi aliorum hominum noningentos solidos fiunt culpabiles, id est: de muliere libera, si viam antesteterit aut iniuriam fecerit, seu de greges, equarum aut porcorum pignoratûs, vel reliquas quae similes sunt, unde, ut ^a prefati sumus, nongenti solidi queruntur, de quas supra in hoc edictum constituimus: servus regis

^a Bl.: et. Nei codd. le due lezioni si alternano.

padre, e il figlio si rifiuta, così stabiliamo, che il figlio presti giuramento, secondo l'ammontare della somma per la quale è accusato, che suo padre non era debitore di quell'uomo, oppure si difenda in duello, se può.

366. Se sorge una disputa tra un creditore ed un debitore e il fideiussore e il creditore dice: "Ho preso la *wadia* a queste condizioni" e il fideiussore nega, non è obbligo del fideiussore prestare giuramento; ma piuttosto il debitore da solo dia soddisfazione o sui Vangeli o sulle armi "che a tale titolo non ho dato alcuna *wadia* né ho posto alcun fideiussore".

367. Del *waregang* ¹⁴⁷. Tutti i *waregang* che da territori stranieri vengono nei territori del nostro regno e si pongono sotto lo scudo della nostra potestà devono vivere secondo le nostre leggi dei Longobardi, a meno che non abbiano meritato un'altra legge per nostra grazia. Se hanno figli legittimi, questi siano loro eredi come anche i figli dei Longobardi [lo sono]; se non hanno figli legittimi, non sia loro facoltà donare a chicchessia i loro beni senza ordine del re o alienarli a qualsivoglia titolo.

368. Dei campioni. Nessun campione presuma, quando va a duellare contro un altro, di portare su di sé erbe che hanno proprietà malefiche, né altre cose di simile natura, ma soltanto le sue armi, come sono state stabilite. Se c'è il sospetto che porti [le erbe] di nascosto, le cerchi il giudice e se vengono trovate su di lui gli siano strappate e gettate via. Dopo questa ricerca il campione tenda la mano nelle mani dei parenti o dei suoi colliberti; davanti al giudice rendendo soddisfazione dica di non avere su di sé nessuna cosa di tale natura, che abbia proprietà malefiche; quindi vada alla lotta ¹⁴⁸.

369. Delle cause regali. Tutte le cause regali, che spettano alla mano del re, nelle quali ci si attende una composizione o si lamenta una colpa, siano composte al doppio, secondo un'antica consuetudine ¹⁴⁹, tranne il mundio di una donna libera o il *mordh* e altri casi simili, per i quali siano stati stabiliti 900 solidi, che disponiamo restino in vigore. Tutte le altre, come abbiamo detto, siano esatte al doppio.

370. Se un servo del re commette un *mordh*, così stabiliamo, che paghi la composizione per quella persona secondo quanto è valutata, e il servo sia appeso sopra la fossa del morto, perché sia fatta vendetta su di lui, e la causa sia placata.

371. Circa le altre cause, in cui liberi e servi di altri uomini sono condannati a pagare 900 solidi, vale a dire della donna libera se le si sbarra il passo o le si fa un'offesa, o del branco di cavalli o di maiali che viene pignorato, o altri casi simili, nei quali, come abbiamo detto prima, sono richiesti 900 solidi, riguardo ai quali abbiamo stabilito sopra in

sua, unde nongenti solidi iudicantur, non requiratur, eo quod ipsa ad litem occurrit, quod inhonestum est mulieribus facere.

379. Si quis cassinam aut tectum alienum foris curtem, ubi vir non habitat, dum intentio fuerit de terra, disturbaverit aut in terram iactaverit et terram suam, sicut lex habet, convincere non potuerit, restauret ipsam cassinam et conponat aliam talem sub extimationem pretii. Nam si casa, ubi habitatur, disturbaverit, conponat, sicut in hoc edictum legitur, hari-
traib.

380. Si quis peculium suum de clausura aliena occulte tulerit et non rogarerit, conponat curtis rupturae, id est hoberos: solidos XX.

381. Si quis alium "arga" per furorem clamaverit et negare non potuerit et dixerit, quod per furorem dixisset, tunc iuratus dicat, quod eum arga non cognovisset; postea conponat pro ipso iniurioso verbo solidos duodecim. Et si perseveraverit, convincat per pugnam, si potuerit, aut certe conponat, ut supra.

382. Si quis hominem liberum inpegerit, ut cadat, conponat solidos sex, sic tamen: si alteram lesionem in corpore ipsius non fecerit. Si autem eum inpegerit et non ceciderit, conponat solidos tres.

383. Si quis hominem liberum surgentem rexa per barbas aut capillos traxerit, conponat solidos sex; si aldiu aut ministrialem seu servo rusticano per barbas aut capillos traxerit, conponat sicut pro ferita una.

384. De brachio, coxa seu tibia rupta. Si quis homini libero brachium super gubitum, hoc est murioth, ruperit, conponat solidos viginti; si autem subtus gubitum, quod est treno, conponat solidos sedecim; si coxa ruperit super geniculum, quod est lagi, conponat solidos viginti; si subtus geniculum, quod est tibia, conponat solidos sedecim. Si vero semus aut clodius fuerit, conponat, sicut in hoc edictum legitur: quartam partem pretii.

385. De mundio puelle et devitum. Si mundius de puella libera, parentes mortuos, ad curtem regis ceciderit et pater vel frater devitum demiserit, in quotam portionem patri vel fratri heredes successerit, ita et devitum persolvat. Simili modo et, si naturales filii fuerint.

386. Praesentem vero dispositionis nostrae edictum, quem deo propitio cum summo studio et summis vigilis a celestem faborem praestitis inquirentes et rememorantes antiquas legis patrum nostrorum, quae scrip-

della donna; ma non si reclaims alcun'altra colpa per l'offesa, per la quale sono stimati 900 solidi, perché ella stessa è accorsa alla zuffa, il che per le donne è cosa disonorevole da fare.

379. Se qualcuno danneggia o fa crollare al suolo un baracca o un riparo fuori della corte, nel quale non abiti l'uomo, mentre c'è una disputa sulla terra e non è in grado di dimostrare che la terra è sua come richiede la legge, ricostruisca la baracca e paghi la composizione per un'altra uguale secondo la stima del suo valore. Ma se ha danneggiato una casa dove si abita, paghi la composizione, come si legge in quest'editto, *haritraib* ¹⁵⁷.

380. Se qualcuno prende di nascosto del bestiame proprio da un campo recintato altrui senza chiederlo, paghi una composizione di 20 solidi per la violazione della corte, cioè per l'*hoberos*.

381. Se qualcuno in preda all'ira chiama una altro *arga* ¹⁵⁸ e non può negarlo e dice di averlo detto in preda all'ira, allora giurando dica che non lo riconosce come *arga*; paghi poi una composizione di 12 solidi per questa parola ingiuriosa. Se insiste, lo dimostri in duello, se può, altrimenti paghi la composizione come sopra.

382. Se qualcuno colpisce un uomo libero, tanto che questo cade, paghi una composizione di 6 solidi, a patto che non gli abbia procurato un altro danno al corpo. Se invece lo colpisce e quello non cade, paghi una composizione di 3 solidi.

383. Se qualcuno, scoppiata una rissa, tira un uomo libero per la barba o per i capelli, paghi una composizione di 6 solidi; se tira per la barba o per i capelli un aldio o un ministeriale o un servo rustico, paghi la composizione come per una lesione.

384. Del braccio, della coscia o della tibia rotta. Se qualcuno rompe ad un uomo libero il braccio sopra il gomito, cioè il *murioth*, paghi una composizione di 20 solidi; se invece sotto il gomito, cioè il *treno*, paghi una composizione di 16 solidi. Se rompe una gamba sopra il ginocchio, cioè il *lagi*, paghi una composizione di 20 solidi; se sotto il ginocchio, cioè la tibia, paghi una composizione di 16 solidi. Se [quello] resta menomato o zoppo, componga, come si legge in quest'editto ¹⁵⁹, la quarta parte del suo valore.

385. Del mundio di una ragazza e del debito. Se il mundio di una ragazza libera, morti i parenti, va a finire alla corte del re e il padre o il fratello hanno lasciato un debito, in quella stessa proporzione in cui l'erede succede al padre o al fratello, così paghi anche il debito. Ciò allo stesso modo anche se sono figli naturali.

386. Il presente editto delle nostre disposizioni, che abbiamo composto con il favore di Dio, con il massimo zelo e con le massime veglie concesseci dalla benevolenza celeste, ricercando e ricordando le antiche leg-

tae non erant, condedimus, et quod pro commune omnium gentis nostrae utilitatibus expediunt, pari consilio parique consensum cum primatos iudices cunctosque felicissimus exercitum nostrum augentes constituimus, in hoc membranum scribere iussimus; pertractantes et sub hoc tamen capitulo reservantes, ut, quod adhuc annuentem divinam clementiam per subtilem inquisitionem de antiquas legis langobardorum, tam per nosmetipsos quam per antiquos homines, memorare potuerimus, in hoc edictum subiungere debeamus; addentes, quin etiam et per *gairethinx* secundum ritus gentis nostrae confirmantes, ut sit haec lex firma et stabelis, quatinus nostris felicissimis et futuris temporibus firmiter et inviolabiliter ab omnibus nostris subiectis custodiat.

387. Si quis hominem liberum casum facientem nolendo occiderit, componat eum, sicut adpretiatus fuerit, et faida non requiratur, eo quod nolendo fecit.

388. Et hoc addimus ac decernimus, ut causae, quae fenitae sunt, non revolvantur. Quae autem non sunt fenitae et a presente vigesima secunda die mensis huius novembris indictione secunda incoatae aut commotae fuerint, per hoc edictum incidantur et finiantur. Et ^a hoc generaliter damus in mandatis, ne aliqua fraus per vicium scriptorum in hoc edictum adibeatur: si aliqua fuerit intentio, nulla alia exemplaria credatur aut suscipiatur, nisi quod per manus ansoald notario nostro scriptum aut recognitum seu requisitum fuerit, qui per nostram iussionem scripsit.

☞ Explicit edicto rothari

gi dei nostri padri che non erano scritte ¹⁶⁰, e che abbiamo istituito, ampliandolo, con pari consiglio e consenso con i principali giudici e con tutto il nostro felicissimo esercito ¹⁶¹, quanto giova al comune interesse di tutta la nostra stirpe, abbiamo ordinato che sia scritto su questa pergamena, esaminandolo attentamente e tuttavia riservandoci questa [sola] condizione di dover aggiungere a questo editto quanto ancora saremo in grado di ricordare, consentendolo la divina clemenza, con un'accurata ricerca delle antiche leggi longobarde, sia da noi stessi sia grazie a uomini anziani; e inoltre anche confermandolo con il *gairethinx*, secondo l'uso della nostra stirpe, in modo tale che questa legge sia stabile e sicura, perché nei nostri felicissimi tempi e in quelli futuri sia conservata in modo stabile ed inviolabile da tutti i nostri sudditi.

387. Se qualcuno uccide incidentalmente e senza volerlo un uomo libero, paghi la composizione per lui secondo quanto è stato valutato e non si vada a ricercare la faida, perché lo ha fatto senza volerlo.

388. E aggiungiamo e deliberiamo questo, che le cause che sono concluse non siano riaperte. Quelle che invece non sono concluse e sono state iniziate o promosse dal giorno presente, il 22 del mese di novembre, indizione seconda, siano risolte e definite secondo questo editto. Diamo anche questa disposizione di ordine generale perché non si introduca alcun inganno in quest'editto per colpa degli scrivani: se c'è qualche controversia non si dia credito e non si accetti alcun altro esemplare se non quello che è stato scritto [e] certificato per mano di Ansoald (e a lui richiesto) nostro notaio che lo ha scritto su nostro ordine ¹⁶².

Termina l'Editto di Rotari

^a Be.: [388a].